

Veritas of-
fendit odi-
tur.

Aristote.

Iohan. 7.
Augusti.

Sapient. 11.

Proue. 12.

Luc. 21.
Mart. 24

Math. 5.
1. Cor. 13.

Pfil. 118.
Luc. 21.
Mart. 24

Math. 5.
1. Cor. 13.

Fidei veri-
tatis inter
extremos
heretico-
rum errores
est media.

si cui

Proue. 22.
Dante. 19.

tionis, sicut in vitiosis, quorum obtenebrata sunt corda. Ad secundum dicendum, quod veritas semel se confiderata, & quo ad primum suum effectum quo illuminat intellectum, non oditur, neque offendit, imò delectatur, ac diligitur, quoniam omnes homines naturaliter scire desiderant, veritatem veritas quo ad secundarium suum effectum, quo aliquem reprehendit aut punit, saepe offendit, odioque habetur, iuxta illud Iohann. Ois qui male agit, odit lucem. Hinc 10. Confessionum asserit August. de impijs: Amant veritatem docentem, lucem odiant rearguentem, Et alibi, Odium peperit veritas. itemque in sermone de beatissimi Iohannis decollatione: Feralis iustus crudelitatis propter odium veritatis. Horti igitur deo odibile ecclesiam, quae deo odibilis est, quantum ad vitam, non quo ad naturam, iuxta illud lib. Sap. Diligeis oia, quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti. [volentes euertere]. i. salubriter confutare, & esse erroris, ac vitij in ipsis destruere, iuxta illud Prouerborum, Verte impios & non erunt. [atque] ora oppellat. i. comprimere, ita ut veritati non valeat repugnare, nec respondere. [ne] vi rus nequitie] id est, falsam & inficentem doctrinam, & impietatem [in alios effundere] queat, & lucernam veritatis in candelabro exaltare volentes. i. doctrinam catholicam optimè illustrantem, in altitudine mentis locare, atque in cathedra magistrali ita tenere, ut publicè doceatur [in labore multo] interiori & exteriori [et sudore] laborè sequente [hoc volumen deo prestante] sine quo nihil valemus [còpègimus] Quo constat, quod prologus istius saltem pro maxima parte fecit edito libro isto. Et bene ait, còpègimus: quoniam ex diuersis sanctorum sententijs quasi còpèginatū existit. Ideo subdixit [sex testimonijs veritatis]. i. sacra scriptura [in aeternū fundatis] iuxta illud Psalmi, Initio cognouit de testimonijis tuis, quia in aeternū fundata est. Et in euangelio quoque increata veritas Christus testatur, Caeli & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Itē, Venus apex de lege non peribit. Quod autem ait Apollolus, Sciētia destructura, exponitur quantum ad modum sciendi. [in quatuor libris distinctum, in quo maiorum exempla]. i. similitudines, figuras, seu exemplaria quaedam gesta, doctrinamque reperies. [in quo] libro [per dominicæ fidei]. i. fidei à domino tradita [lyn ceram pro fessionem]. i. protestationem [viperæ doctrinæ]. i. hæreticæ, ac perfidæ falsitatis [fraudentiam] prodidimus, aditū de monstrandæ veritatis còplexu. i. amplexati ordinatum accessum ad veritatem catholicam ostendendam. [Nec periculo impie professionis inferri]. i. nequaquam admixti periculosa affirmatiois falforum, temperato inter vtranque modèramine videntes]. i. medium uerum seruantes, inter errores extremos. Quemadmodum enim sanitas consistit in medio temperato humorū, & virtus inter duo vitiosa extrema, quædam medietas est: sic doctrina catholica, seu veritas fidei Christianæ, inter errores extremos medium tenet: sicut inter perfidiam Arii, ponentis trinitatem in personis, & naturis esse diuersam, & hæresim Sabellij, afferentis trinitatem in personis, atque essentia esse vnā, fides affirmat quod differant in personis, & vnū sint in essentia. In prætaxis verbis. * Sicubi vero parū vox nostra insonuit]. i. si auribus mētis & corporis alicuius parum insonuit per consensum hæc nostra doctrina, [non à patris discipulis] limitibus] id est, à sanctorum doctrinis & scripturam tenore, ac terminis non recessit, sicut nec ego, iuxta illud Prouerborum, Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. In Deute-

ronomio quò què legitur, Nō transferes terminos, quos fixerunt priores in possessione tua. Vnde & Dionysius primo de diuinis nominibus capitulo: Non est, inquit, ad eundem aliquid dicere de superessentiali occulta deitate, præter ea, quæ diuinitus nobis in sacris eloquijs sunt expressa. Consequenter Magister amputat, & quantum potest, excludit temeraria quæque iudicia. [Non igitur debet hic labor,] noster, id est, liber iste à nobis laborioso compositus, seu labor quem librum componendo sponte assumpsimus, ac patienter & charitatitè pertulimus [alicui pigro] qui solet studiosorum conatus contemnere, secundum quod Salomon loquit. Sapientior sibi piger videt septem viros loquentibus sententias. [vel multū docto] qui nostra instructione forsitan non egeat [videri] superfluis, cum multis impigris] id est, studiosis, agilibus [multisq; indoctis] id est, nondum satis eruditis, & proficere in theologia operatibus [inter quos etiā & mihi fit necessarijs] necessitate cōditionata, si scilicet compendiosè proficere debeat. Vel necessarius, id est, perutilis. Sed quomodo fuit etiā Magistro necessarius? Et respondendum quod ideo, quia alios instruendo exercitauit, & instruxit seipsum, ac multum promeruit, ut creditur pie, & sicut dixit iam ante, iure non potuit fratribus studiosis negare cōpilationem codicis huius. [breui volumine] complicans patrum sententias]. i. sententiosa dogmata sanctorum, & catholicorū doctorū. Sed cū volumine istud fit grande, quomodo breue vocatur? Et respondendum quod comparatione sententiarum contentarum in eo, fit breue. Porro ut asserit Auicenna, Sententia est certissima, ac diffinitiuā conceptio siue prolatio. [appositus eorum testimonij], i. autoritabus, p quas probauit, id iussit de mēte eorum quod dixi & eis ascripsi [ut non sit necesse] querenti proficere [librorū] nūmerostate [uolueret]. i. multos percurrere libros [cui breuitas] collecta. i. compendiosa doctrina hic introducta. [quod] queritur [ab eo] offert]. i. presentat, sine la bo re] tali, qualem haberet diuersa euoluendo volumina. [In hoc aut tractatu] non solum plures [lectores], qui oia quātū rationabiliter potest, capit in melius & querit proficere, non calūniari [sed etiam liberū correctorē] desidero] Liberū appellat secundū philo sophū, quod causa sui esse liber vocat corrector, qui emendat sincero correctionis intuitu, non ad irridendū, aut diffamādū, nec ex praua radice [Maxime ubi profunda versat veritatis] quæstio] bi periculosus est errare. Et dum mo is, qui corrigat, fit ad corrigendū verè idoneus, quod veritas [vna] tot habet in uctores]. i. studiosos amatores, qui vel ppria inquisitione, vel aliorū informatione veritatē cupit inuenire, quod querit, [quod] habet cōtradictores. [In his verbis] pādīt Magister se corrigibile esse, ac docile, nō pertinacē, exemplo Augustini z de Trinitate dicentis: Magis amabo insipici à rectis, quod timebo mortem à peruersis. Gratatur naq; suscipit osculū colli binū pulcherrima ac modèstissima charitas, detem vero caninum vel euitat cautissima humilitas, vltimū dit solidissima veritas. Magisq; optabo à quolibet reprehendi, quam siue ab erratē, siue ab adulantē laudari. Hinc demum Gregorius: Magnum, inquit, mihi beneficiū ab eo reputo exhiberi, qui meū errorem ostenderit mihi. Vnde & quidā differunt: Errorem meum libenter audio, sed ab eo, qui recitat non libenter, ut pote dolens de meo errore. Amicus enim est, qui querit vitium abolere, non insultare erranti, aut vitioso.

Dionysius martyr.

Augusti.

Proue. 26.

Auicenna

Sententia quid sit.

corrector liber quid sit.

Augusti.

Gregori.